



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio LII. De causa habituum quantum ad augmentum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

absque naturali cā, quā nō per naturam posset cāri, F  
ita ēt q̄siq̄ue ad ostendendam suam uirtutem insun-  
dit homini illos ēt habitus, qui naturali uirtute p̄nt  
cāri, sicut Apostolis dedit scientiam scripturarū, &  
omnium linguarum quā hoīes per studium, uel cō  
suetudinem acquirere possunt, licet nō ita perfectē.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Deus quantum  
ad suam naturam, æqualiter se habet ad omnes, sed  
secundum ordinem suæ sapientiæ certa ratione que  
dam tribuit aliquibus, quæ non tribuit aliis.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ hoc quod Deus  
in omnibus operatur secundum modum eorum,  
non excludit quin Deus quædam operetur, quæ na-  
tura operari non potest: sed ex hoc sequitur, quōd ni-  
hil operatur contra id quod naturæ conuenit.

AD III. dicendum, quōd actus<sup>d</sup> qui produciuntur  
ex habitu infuso, non causant aliquem habitum,  
sed confirmant habitum præexistens, sicut medi-  
cinalia remedia adhibita homini sano per naturam,  
non causant aliquam sanitatē, sed sanitatē prius  
habitam corroborant.

D. 29. 676.  
1108.

¶ Super questio. quin  
quagesimæ secundæ  
articulum primū.

QVAESTIO LII.

De augmento habitum, in tres  
articulos diuisa.

IN articulo 1. q. 52.  
multa sunt dubia  
diligenda. Est  
in primis dubium  
circa sensum distinc-  
tionis factæ in cor-  
pore art. quōd perfec-  
tio & augmentum  
formæ dicitur dupli-  
citer, secundum ipsā  
formam, & secundum  
participationem for-  
mæ in subiecto. Aut  
n. intendit de forma  
in abstracto, uel con-  
creto. & hoc est ex-  
tra propositum, quia  
spectat distinctio hęc  
ad modos significan-  
di: questio autem est  
de re: aut de forma  
specificæ & numeri-  
liter. & hoc nō, quia  
hęc scientia est par-  
ua, uel magna secun-  
dum seipsam: aut de  
essentia formæ &  
participatione eius  
in subiecto, ut litera  
innuere uidetur, &  
implicat contradic-  
tionem, ut author  
dicit in 2. 2. q. 2. 4. art.  
4. ad 3. quoniam si  
participatio formæ  
in subiecto intendit-  
ur, ipsa quoque sub-  
stantia formæ inten-  
ditur, ut ibi dicitur.

Intra q. 66.  
artic. 1. & 2.  
co. & ver. q.  
1. ar. 11. & q.  
5. ar. 3. & 10.  
Ethic. lect. 3.  
\* li. 5. phys.  
tex. 18. 10. 2.

Text. 17. & 18  
tom. 2.

Text. 15. &  
17. tom. 2.

¶ Ad hoc dicitur, q̄  
obscuritatem in hac  
re facit secundum  
quod: dupliciter. n.  
sumi potest. Primò  
ut denotat rem deno-  
minatam tantum, ut  
cum dicitur, Sorres  
est albus secundum  
dentes, & sic non su-  
mitur in proposito.  
sic enim implicat cō-

DEINDE consideran-  
dum est de augmento  
habitu.

ET CIRCA hoc que-  
runtur tria.

¶ Primo, Vtrum habitus augean-  
tur.

¶ Secundo, Vtrum augeatur per  
additionem.

¶ Tertio, Vtrum quilibet actus  
augeat habitum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum habitus augeantur.

AD PRIMVM sic proceditur.  
Videtur, quōd habitus au-  
geri non possint. Augmentum  
enim est circa quantitatem, ut di-  
citur in 5. \* Phys. sed habitus non  
sunt in genere quantitatis, sed in  
genere qualitatis. ergo circa eos  
augmentum esse non potest.

¶ 2. Præter. Habitus est perfectio que-  
dam, ut dicitur in 7. \* Physic. sed  
perfectio cum importet finem &  
terminum, non uidetur posse re-  
cipere magis & minus. ergo habi-  
tus augeri non potest.

¶ 3. Præter. In his quæ recipiunt ma-  
gis & minus, contingit cōaltera-  
tionē. alterari. n. dicitur, quod de mi-  
nus calido fit magis calidū: sed in  
habitibus non est alteratio, ut p-  
batur in 7. \* Physic. ergo habitus  
augeri non possunt.

SED CONTRA est qd̄ fides est  
quidam habitus, & tñ augeatur. vñ  
discipuli Domino dicūt. Domine,  
adauge nobis fidē, ut habetur  
Luc. 17. ergo habitus augeatur.

RESPON. Dicendum, quōd  
augmentum, sicut & alia ad quan-  
titatem pertinentia, a quantitab.  
corporalibus ad res spirituales &  
intellectuales transferuntur, pro-  
pter connaturalitatem intellectus  
nostri ad res corporales, quæ sub  
imaginatione cadunt. Dicitur au-  
tem in quantitab. corporeis  
aliquid magnum, secundum qd̄  
ad debitam perfectionem quanti-  
tatis perducitur. Vnde aliqua q̄ti-  
tas reputatur magna in homi-  
ne, quæ non reputatur magna  
in elephant: unde & in formis di-  
cimus aliquid magnum ex hoc,  
quōd est perfectum. Et quia bon-  
num habet rationem perfecti, p-  
pter hoc in his, quæ non mole  
magna sunt, idem est esse maius,  
quod melius, ut Augu. dicit in 6.  
de \* Tri. Perfectio autem formæ  
dupliciter potest considerari. V-  
no modo, secundum ipsam for-  
mam. Alio modo, secundum quod  
subiectum participat formam. In  
quantum igitur attenditur perfe-  
ctio formæ secundum ipsam for-  
mam, sic non dicitur ipsa esse par-  
ua uel magna, puta, magna, uel  
parua sanitas, uel scientia. In quan-  
tum uerò attenditur perfectio  
formæ secundum participationē  
subiecti, dicitur magis & minus,  
puta, magis uel minus album, &procedit secundum hoc, q̄ forma  
habeat esse præter materiam, aut  
subiectum: sed quia alia est consi-  
deratio eius secundum rationem  
speciei suæ, & alia secundum qd̄  
participatur in subiecto. Secundū  
hoc igitur circa intensiōem &  
remissionem habituum & forma-  
rum, fuerunt quatuor opinionēs  
apud Philosophos, ut \* Simplicio  
narrat in commento Prædicamē-  
torum. Plotinus. n. & alii Platoni-  
ci ponebant ipsas qualitates & ha-  
bitus suscipere magis & minus  
propter hoc, quōd materiales er-  
rant, & ex hoc habebant inde-  
terminationem quandā propter  
materiæ infinitatem. Alii uerò in-  
contrarium ponebāt, q̄ ipsæ qua-  
litates & habitus s̄m se non reci-  
piant magis & minus, sed qua-  
lia dicuntur magis & minus, s̄m  
diuersam participationem, puta,  
q̄ iustitia nō dicatur magis & mi-  
nus, sed iustum, & hęc opinio nē  
tangit \* Arist. in Prædicamentis.  
Tertia fuit opinio Stoicorum me-  
dia inter has. posuerunt. n. q̄ aliq̄  
habitus secundum se recipiunt ma-  
gis & minus, sicuti artes: quidem  
autem non, sicuti uirtutes. Quarta  
opinio fuit quorundam dicētū,  
quōd qualitates & formæ imma-

tradictoria, formam  
augeri secundum ef-  
se in subiecto, & nō  
secundum seipsam,  
utrumq; enim est au-  
ctum. Alio modo su-  
mitur ut denotat cau-  
sam seu radicem, ut  
cum dicitur, quōd  
homo secundum esse  
rationalis, est artifex:  
& hoc modo sumit  
in proposito, & est  
sensu, quod perfec-  
tio & augmentum  
formæ, aut oritur ex  
ipsa natura specifi-  
cæ, aut ex partici-  
patione eius in sub-  
iecto, ita quōd utra-  
que perfectio, & ut-  
rumque augmentū  
ubi inuenitur, com-  
mune est formæ &  
subiecto, ut habet  
formam Differentia  
autem est in causa  
riginis, ut clare habes  
inferius in quæstio-  
ne 53. articulo 2.  
ad 2. de diminutio-  
ne, de qua idem est  
quod de augmento  
iudicium.  
¶ Circa illam propo-  
sitionem. Illud, se-  
cundum quod for-  
titer aliquid speciem  
oportet esse indivi-  
sibile, in eodem corpo-  
re articuli subiu-  
ctam, dubium occur-  
rit, de qua indivisi-  
litate est sermo. Aut  
enim est sermo de in-  
diuisibilitate omni-  
moda. & hoc non,  
quia constat quādo-  
que esse diuisibile  
uirualiter & mate-  
rialiter: aut de inui-  
sibilitate formali, &  
hoc licet sit uerum,  
non tamen est ad  
propositum, que-  
niam loquimur de  
augmento, quod sta-  
cum indivisibilitate  
formali: aut de indi-  
uisibilitate materia-  
li, uocando omnem  
diuisionem siue qua-  
ritatiuam, siue gra-  
dualem, siue quom-  
libet absque uarieta-  
te: specificam materia-  
lem, & hoc esset ad  
propositum, sed est  
falsum, quia cū mul-  
tæ species suscipiēt  
magis & minus, sicut  
simplices, ut calor &  
albedo, non potest in-  
telligi ut calor diui-  
datur secundum ma-  
gis & minus, & A. 2.  
ius differentia nō  
intendatur & remi-  
tatur, sicut ipse calor.  
¶ Ad hoc dicitur,  
quōd proprie loquē-  
do, sermo est de indi-  
uisibilitate latam diuisi-  
opposita diuisibilitate  
i.

xt. 10. 0.

D. 151.

quia aliquid latitudinem habet . siue habeat latitudinem vt calor, siue vt animal, siue quouis alio simili modo: sed attribuitur in littera huiusmodi in diuisibilitate specificanti vt sic, ita qd sensus est, qd specificans in quantum specificans, ita in diuisibilitate, id est, caret latitudine, id est non habet in se aliqua plura. Et ratio est, quia specificas vt sic, constituit speciem vt vltimum, & terminus: vltimum vt sic, repugnat latitudinibus: enim diuisi-

tionem aliquam habet, secundum alterum eorum non determinabit: & rursus secundum aliquid constituet, & secundum aliquid in alio: & rursus non constituet speciem in certo loco, sed secundum aliquid in vno, & secundum aliquid in alio: & sic species rerum non haberent sua loca, sicut numeri: nec constituitur eari essentia sicut constituitur numerorum inuariabiliter: cum his tamen stat quod res specificantes habeant latitudinem, vt obijciunt de calore probatur. Sermo enim noliter formalis est, & nihil aliud intendimus, nisi quod res specificans vt sic, stat in diuisibilitate, licet ipsamet res non vt specificans, sed quomodolibet aliter habeat latitudinem. Quomodo autem hoc fit ad propositum ne gocium pertinens, in sequenti patebit dubio.

Circa distinctionem & differentiam formarum in littera sub iunctam, quod quaedam secundum se, vel aliquid sui fortitatur speciem, & quaedam alio, ad quod ordinantur: & illae secundum se habent determinatam rationem neque in plus, neq; in minus declinabilem: istae vero possunt secundum se diuersificari in plus & minus salua vnitate specifica propter vnitatem eius, ad quod ordinantur, dubium est & de sensu verborum, & de efficacia ad propositum. De sensu quidem, quia cum differentia fit intrinsecum constitutum omnis forma, nulla est forma, quae sic fortitatur speciem ab extraneo: quia omnis forma secundum se, vel aliquid sui, puta, differentiam, propriam fortitatur speciem, ac per hoc omnis forma clauditur sub primo membro, & nulla restat sub secundo. De efficacia vero, quoniam reuera omnis forma habet propriam differentiam, secundum quam nec in plus, nec in minus specificae declinare potest: sed sub illa differentia in plus & minus aliqua forma declinat, vt patet de calore & albedine, nec aliter est in motu, puta, calefactione quam in calore. Sicut n. calefactio salua sua specifica vnitate vnde dicitur: illa habeat, intenditur & remittitur, ita & calor: vbi specificatio est in se, vel ex alio in formis, nihil videtur facere ad propositum &c.

Ad hoc dicitur, quod non est sensus, quod formarum quaedam includunt in se differentiam constitutam, & quaedam non: quoniam differentia est quae coaducit ad esse, & eius quod est esse, rei pars est, vt in predicabilibus dicitur: & stultum est hoc vertere in dubium, sed sensus est, qd quaedam formae habent suam differentiam sine ordine ad aliquid extraneum, vt calor, albedo, & huiusmodi: quaedam vero habent suas differentias cum ordine ad aliquid extraneum, ita qd non sunt absolubiles ab illo extraneo,

vt motus, potentia, habitus, & si quid est huiusmodi, de quibus in 1. lib. diffuse sermo est habitus. Et hinc sensus nullam partem calumniam, aut falsitatem, vt ibi ostensum est. Efficacia autem sunt haec ad intentum, quoniam formae ex sua natura specifica tantum nihil habent, nisi quod fortitatur ex suo specificatio, qd in diuisibili consistere dicitur est. Illae igitur formae quae suum specificans in diuisibile sic intus obtinent, qd ad nihil extra ordinantur, nihil habent ex hoc nisi in diuisibile, ac per hoc secundum se non habent augmentum. Illae autem quae secundum suam propriam differentiam aliquid extraneum licet in diuisibile respiciunt, ex ipsa sua natura accessum ad illud, ac per hoc augmentum in huiusmodi accessu fortitatur. Ad quorum maiorem evidentiam scito, quod cum augmentum circa quantitatem variabilem in plus, aut minus sit, sicut forma se habet ad quantitatem huiusmodi, ita se habet ad augmentum: formae autem quae extraneum aliquid specificatum non respiciunt, nullam secundum suas specificas naturas quantitatem mutabilem fortitatur: sed quantitatem tatum perfectionis specificae, vt sic in diuisibili consistit: formae autem quae aliquid extraneum specificum respiciunt praeter illam specificam perfectionem, fortitatur aliam quantitatem mutabilem, scilicet secundum accessum maiorem, vel minorem ad illud specificans: & ideo illae secundum se non augentur, aut minuunt,

istae sic. Et consistit tota vis in hoc, qd licet vtrouique specificans vt sic, consistat in diuisibili, nec habeat latitudinem, & propterea commune est vtrique quod specificae nihil potest addi, aut subtrahi, quia in varietate species: habentibus tamen differentiam mendicantem ab extraneo specificante, ex hoc ipso respectu conuenienti formae secundum suam naturam specificam pure sumpra annexus est motus accessus ad illud maior & minor, secundum quem huiusmodi formae secundum se dicuntur augeri, vel minui. Tales autem accessus non possunt poni in aliis formis: quoniam nihil extra respiciunt specificans, cui diuisibilis hic accessus annexi possit, verbi gratia. Scientia, quia secundum suam naturam respicit seibile, ex hoc ipso quod non abstrahit a seibile specificante, coequitur quod plus & minus ad ipsum seibile accedere possit, plura vel pauciora de ipso attingendo. Calor autem nihil praeter specificam naturam intrinsecam dicens, nihil habet vt sic, variabile. Et haec est intentio authoris de augmento, & diminutione formarum secundum se.

Circa augmentum & diminutionem formarum secundum participationem in subiecto, secundo loco in corpore artic. postquam aduertit, quod quia suscipere magis & minus latitudinem quantum importat: idcirco author ex diuisibilitate excludente huiusmodi latitudinem differentiam manifestat inter formas sic augmentabiles, & non augmentabiles: & dupliciter hoc contingit. Primo si forma in diuisibilitate se habeat ad subiectum: tunc n. constat

pertingit ad rationem sanitatis, secundum quod habet dispositionem conuenientem naturae aialis, cui possunt dispositiones diuersae conuenientes esse. vnde potest variari dispositio in plus vel minus, & tamen semper remanet sanitatis ratio. vbi Philosophus dicit in 10. \* Eth. qd sanitas ipsa recipit magis, & minus. Non enim eadem est commensuratio in omnibus, neq; in vno, & eodem semper: sed remissa permanet sanitas vsque ad aliquid. Huiusmodi autem diuersae dispositiones vel commensurationes sanitatis se habent secundum excedens & excessum. vnde si nomen sanitatis esset impositum soli perfectissimae commensurationi, tunc ipsa sanitas tunc diceretur maior vel minor. Sic igitur patet qualiter aliqua qualitas, vel forma possit secundum seipsam augeri vel minui, & qualiter non. ¶ Si vero consideremus qualitatem, vel formam secundum participationem subiecti, sic er inueniuntur quaedam qualitates, & formae recipere magis & minus, & quaedam non. Huiusmodi autem diuersitatis causam \* Simplicius assignat ex hoc, qd substantia secundum seipsam non potest recipere magis & minus, quia est ens per se, & ideo omnis forma, quae substantialiter participatur in subiecto, caret intentione & remissione; vnde in genere substantiae nihil dicitur secundum magis & minus. Et quia quantitas propinqua est substantiae, & figura etiam consequitur quantitatem, inde est, qd neq; etiam in istis dicitur aliquid secundum magis

Ca. 3. paulo post principi. tom. 5.

D. 315.

In predicam. quali.

fit quod participatio eius latitudinem non habet. & hoc inae-

Tex. 15. to. mo 2.

aut minus. Vnde Philosoph. dicit in 7. Phy.\* qd cum aliquid accipit formam & figuram, non dicitur alterari, sed magis fieri. Alia vero qualitates, quae sunt magis distantes a substantia, & coniunguntur passionibus & actionibus, recipiunt magis & minus sicut participationem subiecti. Potest autem & magis explicari huiusmodi diuersitatis ratio. vt. n. \* dictum est, id a quo aliquid habet speciem, oportet manere fixum, & stas in indiuisibili. Duobus igitur modis potest contingere, qd forma non participatur sicut magis & minus. Vno modo, quia participans habet speciem secundum ipsam: & inde est qd nulla forma substantialis participat sicut magis & minus: & per hoc philosophus dicit in 8. \* Meta. qd sicut numerus non habet magis neq; minus, sic neq; substantia quae est sicut speciem, id est, quantum, ad participationem formae specificae, sed si quidem quae cum materia, id est, sicut materiales dispositiones inuenitur magis & minus in substantia. Alio modo potest contingere ex hoc, qd ipsa indiuisibilitas est de ratione formae: vnde oportet qd si aliquid participet formam illam, qd participet illam sicut rationem indiuisibilitatis. & inde est, qd species numeri non dicitur sicut magis & minus: quia vnaqueq; species in eis constituitur per indiuisibilitatem. & eadem ratio est de speciebus quantitatis continua, quae sicut numeros accipiunt, vt bicubiti & tricubiti: & de relationibus, vt dupli & tripli: & de figuris, vt trigoni & tetragoni. & haec rationem ponit Arist. in 1. Pradica. vbi assignat rationem quare figurae non recipiunt magis & minus, dicit. Quae quidem recipiunt trigoni rationem & circuli, & similiter trigona, vel circuli sunt, quia indiuisibilitas est de ipsa eorum ratione. vnde quicquid participat rationem eorum, oportet qd indiuisibiliter participet. Sic igitur patet, qd cum habitus & dispositiones dicantur secundum ordinem ad aliquid, vt dicitur in 7. \* Phys. dupliciter potest intensio & remissio in habitibus & dispositionibus considerari. Vno modo,

In isto arti.

Tex. 10. to. mo 3.

In pradica. qual. post. mediam illius to. 1.

Tex. 17. to. mo 2.

secundum se, prout dicitur maior, vel minor sanitas, vel maior vel minor scientia, quae ad plura vel pauciora se extendit. Alio modo, secundum participationem subiecti, prout sicut aequalis scientia, vel sanitas magis recipitur in uno quam in alio, secundum diuersam aptitudinem vel ex natura, vel ex consuetudine. non enim habitus & dispositio dat speciem subiecto, neq; iterum in sui ratione includit indiuisibilitatem. Quomodo autem circa uirtutem se habeat, infra dicitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut inuenitur magnitudinis deriuatur a quantitibus corporalibus ad intelligibiles perfectiores formarum, ita est & nomen augmenti, cuius terminus est magnitudo.

AD SECUNDUM Dicendum, qd habitus quidem perfectio est, non tamen talis perfectio, qd sit terminus sui subiecti, puta, dans ei esse specificum: neq; est in sui ratione terminum includit, sicut species numerorum: unde nihil prohibet quin recipiat magis & minus.

AD TERTIUM Dicendum, qd alteratio primo quidem est in qualitatibus uero primae speciei potest esse alteratio per posterius. Facta enim alteratio secundum calidum & frigidum, sequitur animal alterari secundum sanum & egrum. Et similiter facta alteratione secundum passionem appetitus sensitui, uel secundum uires sensitivas apprehensiuas, sequitur alteratio sicut scientiam & uirtutes, ut dicitur in 8. \* phys.

Ad primum ex duplici capite dici potest. Primo, qd huiusmodi quantitates computatae sunt cum formis specificantibus quod ad hoc, propter eam propinquitatem ad substantiam a simpliciori, ut patet in litera. Et propterea auctor cum dicitur Simpliciter non retulerit, sed explanauerit & ampliauerit, in illa computatione eas dimisit, quia ille potest, & cum hoc, conatus est ex sua explanatione de eiusdem subiecti ratione reddere, non ne. Secundo, qd subiecti praesentis distinctionis est forma non essentialiter quanta quantitate molis, ut in principio corporis ar. inuenitur, quoniam magnitudo formae de qua est questio, circa qua est augmentum & diminutio, quocirca intentio & remissio, distinguatur in litera contra magnitudinem quantitatis molis, & sic quantitas molis tanquam habens alterius generis magnitudinem, & augmentum, & diminutionem, extra praesentem dispositionem in principio art. remanet. Erat ergo secundum hoc ratio litera de formis non essentialiter quantitate molis, quare quaedam suscipiunt magis & minus, & quaedam non, & merito, quia de istis est dubium. Illas enim constat non suscipere magis & minus: nec obstat quod auctor et ad quantitatis continuae species aliquas sermone extenderit, quoniam hoc ad perfectionem spectat doctrinae &c.

Ad secundum dicitur, qd naturales potentiae, qd consequuntur immutabiliter substantias, cum formis specificantibus conueniantur, unde hoc nihil obstat. Dico autem immutabiliter, quia si aliqua consequatur mutabiliter, ut durum & molle, nihil prohibet eas suscipere magis & minus. Alteratione enim facta fiet magis molle, aut minus, & sic uelut regula videtur stare in formis abolutis, respectu enim abolutarum naturarum consequuntur, & secundum eas suscipiunt uel non suscipiunt magis & minus: dum enim non suscipiunt magis & minus, sicut dicitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut inuenitur magnitudinis deriuatur a quantitibus corporalibus ad intelligibiles perfectiores formarum, ita est & nomen augmenti, cuius terminus est magnitudo.

AD SECUNDUM Dicendum, qd habitus quidem perfectio est, non tamen talis perfectio, qd sit terminus sui subiecti, puta, dans ei esse specificum: neq; est in sui ratione terminum includit, sicut species numerorum: unde nihil prohibet quin recipiat magis & minus.

AD TERTIUM Dicendum, qd alteratio primo quidem est in qualitatibus uero primae speciei potest esse alteratio per posterius. Facta enim alteratio secundum calidum & frigidum, sequitur animal alterari secundum sanum & egrum. Et similiter facta alteratione secundum passionem appetitus sensitui, uel secundum uires sensitivas apprehensiuas, sequitur alteratio sicut scientiam & uirtutes, ut dicitur in 8. \* phys.

ARTICULVS II.

Utrum habitus augeantur per additionem.

AD SECUNDUM sic procedit. Vt, qd augmentum habituum fiat per additionem. Nomen enim augmenti, ut dictum est, a quantitate corporalibus transfertur ad formas: sed in quantitibus corporalibus non fit augmentum sine additione, unde in 1. de Generatione dicitur, quod augmentum est praesentem tibi magnitudini additamentum. ergo & in habitibus non fit augmentum, nisi per additionem.

suscipit magis & minus, quia qualitas suscipit magis & minus &c.

Super quaest. quinque & sextae articulum secundum.

In ar. 2. eiusdem q. dubia duo sunt. Primum est circa dicitur factis in litera. s. qd si intensio in formis intelligitur per additionem, hoc non

non potest esse nisi dupliciter, scilicet uel ex parte ipsius formæ, uel ex parte subiecti &c. Est .n. distinctio hæc secundum sensum literæ intellecta insufficientis: quoniam secundum literam additionis ex parte formæ nihil aliud significat, quam additionem specificam. Contat autem quod præter additionem specificam & ex parte subiecti, datur tertius modus additionis.

¶ 2 Præt. Habitus non augetur nisi aliquo agente, sed omne agens aliquid facit in subiecto patiente, sicut calefaciens facit calorem in ipso calefacto. ergo non potest esse augmentum, nisi aliqua fiat additio.

¶ 3 Præt. Sicut id quod non est album, est in potentia ad album, ita id quod est minus album, est in potentia ad magis album, sed id quod non est album, non fit album nisi per aduentum albedinis. ergo id quod est minus album, non fit magis album, nisi per aliquam aliam albedinem superuenientem.

SED CONTRA est, quod Philo. so. dicit in 4. Phylo. Ex calido fit magiscalidum, nullo facto in materia calido, quod non esset calidum quando erat minus calidum, ergo pari ratione, nec in aliis formis quæ augentur, est aliqua additio.

RESPON. Dicendum, quod huius questionis solutio dependet ex præmissa. Dicitur est etiam supra, quod augmentum & dimi-

quæ de additione formæ ad formam eiusdem speciei, loquitur etiam de additione gradus ad gradum gradus enim caloris ut duo, calor quidam est, & sic de aliis. Examinando igitur modos imaginatos additionis in formis, uideamus quomodo additionis ratio & veritas inueniatur. In primo modo ratio additionis uerè saluatur, sed nulla ueritas. est enim impossibile quod gradus existens addatur existenti, nisi subiectum subiecto addatur. Et tunc non fieret magis, sed magis, uel accidens migraret de subiecto in subiectum, quod est impossibile. In secundo modo ratio additionis apparet saluatur: est enim in eo non additio, sed additionis modus quidam, ut apparet tum ex eo, quod de foris uenit secundum ueritatem, ut in formarum infolarum intentione: uel secundum estimationem, ut in lumine: tum ex eo, quod id quod de foris uenit, intelligitur ut quoddam indiuiduum eiusdem speciei, non quod est, sed quod esset si seorsum fieret, & sic saluatur quodam modo distinctio numeralis eius quod

natio in formis, quæ intenduntur & remittuntur, accidit uno modo non ex parte ipsius formæ secundum se consideratæ, sed ex diuersa participatiõe subiecti: & id huiusmodi augmentum habituum, & aliarum formarum non fit per additionem formæ ad formam, sed fit per hoc, quod subiectum magis uel minus perfecte participat unam & eandem formam. & sicut per agens, quod est actus sit aliquid actus calidum quasi de nouo incipiens participare formam, non quod fiat ipsa forma, ut probatur 7. Met. ita per actionem inter ipsius agentis efficitur magis calidum, tanquam perfectius participans formam, non tanquam forma aliquid addatur. Si .n. per additionem intelligatur augmentum in formis, hoc non posset esse, nisi uel ex parte ipsius formæ, uel ex parte subiecti. Si autem ex parte ipsius formæ, iam dictum est, quod talis additio uel subtractio speciem uariaret, sicut uariatur species coloris, quæ de

additur ad id, cui additur, ueritas autem deficit, tum quoniam nulla forma naturalis intensibilis uenit de foris, nisi apud ponentes formas creari, licet quod ad formas supernaturales, charitatem scilicet, & huiusmodi, uerificetur aduentus de foris: sed per seorsum sermo est communis, tum quoniam non est etiam hic uera additio nisi secundum extraneam, prout scilicet agens additur agenti, ut author in 24. question. 2.2. articulo 5. ad 2. dicit. & hæc etiam additio est per accidens: quia plura lucentia, aut calefactiua concurrunt in ui uisus totalis agentis. In tertio autem additionis ratio eo solo modo apparet, quo quicquid noui quomodo libet ad genitum antiquo aduenire dicimus, sed ueritas est, quod ibi nulla est additio nec quod ad fieri, nec quod ad factum esse: non quod ad fieri, quia non additio est, sed educitio: nec quod ad factum esse quia non saluatur distinctio inter aditum, & cui additur: sicut inter formam in facto esse, & materiam. Ad cuius clariorem noticiam scito, quod additio per educationem de potentia subiecti gradus ad gradum per intensionem in formis, dupliciter estimari potest. Primo, quod se habeant gradus adiuuicem, sicut unitas superueniens unitati in numeris non quod ad discretionem, sed quo ad distinctionem. & hanc phantasiã sequi uidentur ponentes formas intendi per additionem gradus ad gradum. estimant enim formam compatiendam multos eiusdem speciei gradus aduenientes, & recedentes, ac si fingeremus, quod numerus aliquis inuariatus secundum substantiam perderet, & acquireret diuersas unitates, continuas tamen: & hoc reputatur chimera. Unde secundum estimatur, quod ipsa simplex essentia formæ perfectior sit in hoc ipso, quod subiectum sibi magis subicit formaliter, & hoc est ipsam intendi: & quanto magis hoc habet, tanto est magis intensa. Et propterea dicere oportet loquendo de intensione formæ ut corporaliter respicit subiectum, quod semper quando est intensior, fit perfectior secundum essentiam, & esse & inesse in subiecto, & e conuerso. Nec aliqua ibi interuenit corruptio, sed sola omnium prædictorum augmentatio. Diuus ergo Thomas de additione formaliter iuxta physicum morem tractans, primum modum, qui solus additionem formalem præfert, distinxit contra alios duos, quos & pro unico computauit, quia quod ad intrinsecam in hoc proposito non differunt, & quodammodo distinctionis eorum meminit in 2.2. in loco allegato, & illum semper im probauit, immo in secundo sententia distinctione decimaseptima, dicit se non posse illum intelligere formaliter. hos autem, seu hunc firmavit: & hinc quidem, quia tractat in communi, primo ex communibus, quia forma non fit, sed compositum: additio enim nonnulla esset si forma fieret, secundo ex propriis additionis, quia scilicet additum distinguitur &c. ut patet in litera. & per

Prima Secundæ S. Thomæ. O hæc

Tex. 32. to. 3

ar. preced.

Tex. 34. to. 1

ar. huius

per hanc patet solutio ad obiecta. Et ut qui graduum additione vtrius disputado, si hanc expressurus dicit sententiam, a lapsu solo lingue cohibendus retias &c.

¶ Circa eandem difficultatem de intensione & remissione formarum in eodem 2. ar. 5. q. dubium adhuc occurrit ex Scoto in vii. q. 17. distinctionis primi sentent. ipse siquidem non solus, ut opinor, sensum non inuentum a diuo Thoma sic impugnavit, ut in aliquo dissentiat secundum rem. duo enim creduntur affirmari, primum est quod forma intendatur proprie, & remittantur tantum secundum habitudinem ad subiectum, secundum est, quod res illa que est forma, quando intenditur & remittitur, nihil sui reale absolutum acquirit aut perdit, sed solum aliquid in ordine ad subiectum.

Art. preced.

Et vtrunque Scotus pugnat. Secundum ueritatem autem secundum dictum non est S. Tho. sed contra ipsum, ut ex supradictis patet: unde non oportet respondere obiectis contra illud. Primum uero dictum assertum a diuo Thoma, nec est mirum quod impugnetur a Scoto, quoniam discordantia a principio. Diuus enim Thoma posuit formas habere quicquid habent aut ex ratione formalia, specificata, aut ex subiecto, seu materia, ita quod quicquid materiale id est non specificum est in eis, ex materia posuit, ille autem non. Et propterea author latitudinem forme secundum magis & minus, cum infra specie fit, materialiaque aliquid id fit in specie, ad subiectum rediit, sicut & cetera materialia & individualia. Scotus autem sequens suas proprietates individuales, vult quod si per impossibile forma ita abstraheretur a subiecto, quod nec etiam aptitudinaliter respiceret subiectum, susceperet magis & minus: ita quod hoc nec conuenit formam in ordine ad subiectum, nec oportet quod modo ex subiecto. sicut quantitas molis, si per impossibile non haberet inclinationem ad subiectum, adhuc esset maior uel minor. Probat autem hoc, si contraria in summo sunt impossibilia, remissa uero compossibilia, ergo impossibilitas formarum confurgit ex gradibus, ergo gradus conueniunt formis priusquam respiciant subiecta. Prima consequentia est per se nota: secunda probatur, quia prior est impossibilitas formarum in se, quam sit earum in subiecto recipiente: quia enim simultaneum repugnant, ideo non possunt recipi in eodem, & non e conuerso, ergo &c.

¶ Ad hoc dicitur primo, quod antecedens est falsum loquendo ut loquimur, de contrariis formaliter non uirtualiter inuentis, ut in medio: & secundum se, non secundum extrinsecam: puta animam uel coelum, uel formam misti: contraria enim cum ex specifica differentia contraria sint, ut patet 10. Metaphys. per hoc idem sunt impossibilia in eodem, ut patet ibidem. unde Aristoteles omnes condiciones contrariorum, inter quas est impossibilitas in eodem, reducit ad perfectam differentiam, ut patet ibi. Contraria ergo in quocunque sunt gra-

du, contraria sunt & impossibilia in eodem, & alterum contra alterum pugnat, quod autem in multis maneat remissa, hoc facit forma misti continens: & nihilominus mutuo contra se mittitur remissa sicut in summo proportionaliter. Dicitur secundo, quod dato antecedente, prima consequentia non ualet, quia in-

compossibilitas formarum poneretur duplex, una ex contrarietate, & hec conuenit formis secundum se ex specificis naturis: & haec non conuenit ex gradibus, sed abstrahit ab eis, sicut & ipsa forma, & hec in compossibilitas est prior in formis secundum se, quam in subiecto, quae tam in nihil licet ad arguente materia ex gradibus, & hec conuenit formis ex illo respectu ad subiectum, ex quo conuenit eis latitudo. In littera autem patet, quod forma de quarum ratione non est indiuisibilis, participabilis a subiectis abiectione specificatione eorum habent latitudinem. Unde neque latitudo, neque gradus, neque impossibilitas conueniens ex eis est prior quam sit talis participabilis forma in subiecto. Et cum dicitur, quod ista impossibilitas est prior inter formas inter se, quae in subiecto, respondetur quod hic est philosophica ab una habitudine ad subiectum ad omnes, seu a negatione prioritatis in una, ad negationem prioritatis in omnibus. Aliud est enim dicere, quod impossibilitas ista formarum sit prior in se, quam impossibilitas in subiecto. Aliud est dicere, quod impossibilitas formarum in se sit prior omni respectu ad subiectum, quia est posterior participabilitate tali formarum in subiecto, ex qua confurgit impossibilitas, secundum gradus in formis in se, & in subiecto.

¶ Ad exemplum autem Scoti de quantitate molis, dicitur quod quantitati conuenit esse maiorem & minorem in eadem specie, non ex hoc quod est participabilis a subiecto, & ideo non est simile, sed ex hoc ipso, quia participat naturam materiam, unde si auferatur ab ea id quod habet ex hoc, quod participat naturam materiam, neque indiuiduum secundum se, nec maius nec minus haberet &c.

¶ Super quaestionis quinquagesimae secunda articulum tertium.

IN articulo tertio eiusdem questionis quinquagesimae secundae, nihil sciendum occurrit, nisi pro Nouitius, quod sicut ante genitum habitum in anima potuit anima in actum actum generare ipsum, ita post genitum potest intensiori actu, quam sit ille etiam ad quem se extendit praesens habitus, augere eundem eodem utens principio actiuo intensius, quam prius usus fuerit, ex hac namque parte habet uim augmentatiuam, unde habet generatiuam, quamuis ad augendum non nihil operetur iam inchoatus habitus non ea ratione, quia nihil prohibet augere aliquid seipsum, ut patet ex secundo de anima, quoniam hoc de aug-

ARTICVLVS III.

Vtrum quilibet actus augeat habitum.

AD TERTIVM sic proceditur. Vt quod quilibet actus augeat habitum. Multiplicata enim

fit prior omni respectu ad subiectum, quia est posterior participabilitate tali formarum in subiecto, ex qua confurgit impossibilitas, secundum gradus in formis in se, & in subiecto. ¶ Ad exemplum autem Scoti de quantitate molis, dicitur quod quantitati conuenit esse maiorem & minorem in eadem specie, non ex hoc quod est participabilis a subiecto, & ideo non est simile, sed ex hoc ipso, quia participat naturam materiam, unde si auferatur ab ea id quod habet ex hoc, quod participat naturam materiam, neque indiuiduum secundum se, nec maius nec minus haberet &c.

¶ Super quaestionis quinquagesimae secunda articulum tertium.

IN articulo tertio eiusdem questionis quinquagesimae secundae, nihil sciendum occurrit, nisi pro Nouitius, quod sicut ante genitum habitum in anima potuit anima in actum actum generare ipsum, ita post genitum potest intensiori actu, quam sit ille etiam ad quem se extendit praesens habitus, augere eundem eodem utens principio actiuo intensius, quam prius usus fuerit, ex hac namque parte habet uim augmentatiuam, unde habet generatiuam, quamuis ad augendum non nihil operetur iam inchoatus habitus non ea ratione, quia nihil prohibet augere aliquid seipsum, ut patet ex secundo de anima, quoniam hoc de aug-

mento proprie sum-  
pro dicitur: hoc au-  
te de quo loquimur  
augmetum,metapho-  
rice dicitur augmen-  
tum proprie vero est  
motus in eis, sed  
ea potius ratione, qz  
actus elicitus ab ha-  
bitu inchoato, & sub-  
iectu disponit pre-  
parans ipsum ad per-  
fectum sortiendu ha-  
bitum: & perfectior  
est, cum ex tota virtu-  
te habitus procedit,  
ita ut ad perfectione  
maiores deducere  
possit habitum.

procedentes dimi-  
nunt ipsam, utpote, cum negli-  
genter fiunt. ergo non omnis actus habitum auget.

RESPON. Dicendum, quod similes actus simi-  
les habitus causant, ut dicitur in 2. \*Eth. Similitudo  
autem & dissimilitudo non solum attenditur secun-  
dum qualitatem candem uel diuersam, sed etiam se-  
cundum eundem uel diuersum participationis mo-  
dum. Est n. dissimile non solum nigrum albo, sed et  
minus album magis albo: nam etiam motus fit a mi-  
nus albo in magis album, tanquam ex opposito in  
oppositum, ut dicitur in 5. Phil. Quia uero usus ha-  
bituum in uoluntate hominis consistit, ut ex supra-  
dictis patet, sicut contingit qd aliquis habens habitum  
nō utitur illo, uel et agit actum contrarium: ita etiā  
pōt contingere quod utitur habitu secundū actum  
non respondentem proportionaliter intensiōni ha-  
bitus. Si igit intensio actus proportionaliter aequat in-  
tensiōni habitus, uel et superexcedat, quilibet actus uel  
auget habitum, uel disponit ad augmentum ipsius,  
ut loquamur de augmento habituum ad similitudi-  
nem augmenti animalis. Non. n. quodlibet alimen-  
tum assumptum actum auget animal, sicut nec quilibet  
gutta cauat lapidem, sed multiplicato alimento  
tandē fit augmentū: ita et multiplicatis actibus cre-  
scit habitus. Si uero intensio actus proportionaliter  
deficiat ab intensiōne habitus, talis actus non dispo-  
nit augmentum habitus, sed magis ad diminutionē  
ipsius. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO LIII.

De corruptione & diminutione habi-  
tuum, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum  
est de diminutione & cor-  
ruptione habituum.

ET circa hoc querunt tria.

Primo. Vtrum habitus corrupti  
possit.

Secundo. Vtrum possit dimi-  
nui.

Tertio. De modo corruptionis  
& diminutionis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum habitus corrupti possit.

ADPRIMUM sic proceditur:  
Videtur, quod habitus cor-  
rumpi non possit. Habitus. n. inest  
sicut natura quaedā. vñ operatio

nes secundum habitum sunt de-  
lectabiles, sed natura non corrū-  
pitur manente eo cuius est natu-  
ra. ergo neque habitus corrupti  
potest manente subiecto.

2. Præter. Omnis corruptio for-  
mæ uel est per corruptionē sub-  
iecti, uel est a contrario, sicut æ-  
gritudo corrumpitur corrupto  
animali, uel etiam superueniente  
sanitate, sed scientia, quæ est quædam  
habitus, non potest corrumpi per  
corruptionem subiecti: quia intelle-  
ctus est subiectum eius, est sub-  
stantia quædam, & non corrupi-  
tur, ut dicitur in 1. \* de Anima. Et si  
militer et non potest corrumpi a cō-  
trario; nā species intelligibiles nō  
sunt adinuicem contrariæ, ut dicitur  
in 7. \* Metaph. ergo habitus scientiæ  
nullo modo corrūpi potest.

3. Præter. Omnis corruptio est  
per aliquem motum, sed habitus  
scientiæ qui est in anima, non po-  
test corrumpi per motum per se  
ipsius anime, quia anima per se nō mo-  
uetur, mouetur autem per accidens  
per motum corporis. nulla autē  
transmutatio corporalis uidetur  
posse corrumpere species intelli-  
gibiles existentes in intellectu, cū  
intellectus sit per se locus specie-  
rum sine corpore, unde ponitur  
quod nec per senium, nec per mortē  
corrumpuntur habitus. ergo scientia  
corrūpi non potest, & per conse-  
quens nec habitus uirtutis, qui est  
est in anima rationali, & sicut Phi-  
losophus dicit in 1. \* Ethic. Virtutes  
sunt permanentiores disciplinis.

SED CONTRA est, quod Phil.  
dicit in lib. \* de longitu. & breui-  
tate uite, quod scientiæ corruptio  
est obliuio & deceptio. peccando  
et aliqis habitū uirtutis amittit, &  
ex contrariis actibus. uirtutes gene-  
rant & corrumpunt, ut dicitur in 2. \* Ethic.

RESPON. Dicendum, quod  
si in se dicitur aliqua forma corrumpi  
per contrarium suum, per acci-  
dens aut, per corruptionem sui  
subiecti. Si igitur fuerit aliquis ha-  
bitus, cuius subiectum est corru-  
ptibile, & cuius cā hēt contrariū  
utroque modo corrumpi poterit: si  
cut patet de habitibus corporalibus.  
sanitate & ægritudine. Illi uero  
habitus, quorum subiectum est  
incorruptibile, non possunt cor-  
rūpi per accidens. Sunt tñ habitus  
quidā, qui et si principaliter sint  
in subiecto incorruptibili, secun-  
dario tñ sunt in subiecto corrupti-  
bili, sicut habitus scientiæ, qui prin-  
cipaliter est quidem in intellectu  
possibili, secundario aut in uiribus ap-  
prehensiuis sensitiuis, ut supra dictū  
est. Et si ex parte intellectus possi-  
bilis habitus scientiæ, nō potest corrū-  
pi.

Prima Secundæ S. Thomæ.

sed materiam causæ  
esse ea quæ sunt in  
parte sensitua, ad ea  
quæ sunt intellectus:  
pp quod etiam hic  
ex parte subiecti po-  
tuit hoc secundariū  
subiectum, ipsa uo-  
cans, quæ tu celsi in  
genti non pertransi-  
bis ieiunus. Aduerte  
quoque ex eodem  
ar. quod hinc expres-  
se plures habes, un  
habitu scientiæ in  
nobis non esse spes-  
cies intelligibiles ac-  
cipias. ill. n. & singu-  
le & omnes carent  
contrariis, scientia autē  
non, ut in litera dicitur.  
Aduerte tertio ex se  
cū lo articulo, quod  
author undique af-  
fluit propriis ratio-  
nibus, non solum ad  
naturam rei reddit  
rationem intensio-  
nis & remissionis,  
sed ad res sic signifi-  
catas, puta concreta  
uel abstracte ex ea-  
dem radice descendit.  
In responsione ad  
tertium postremo in  
articulo tertio scrup-  
ulus occurrens. No-  
uiciis remouendus  
est. uidetur. n. contra-  
rii hic tertius arti-  
culus primo in res-  
ponsione ad tertium,  
dum ibi dicitur, quod  
scientia ex corpora-  
libus moribus non  
corrumpitur in se,  
sed in suo actu impe-  
ditur, ut patet in e-  
bricitate uero confir-  
matur in responsione  
ad ultimum, quod  
scientia corrumpitur  
propter mutationē,  
cui subiacent uires  
apprehensiuæ inter-  
iores quæ subsunt  
tempori. Ad hoc n.  
dicendum est, quod dili-  
gentius perfecta  
uerba literæ sibi in-  
uicem non aduersā-  
tur. Primum enim  
dictum loquitur de  
motibus partis inter-  
ioris sensitiuæ tan-  
tum: secundum autem  
de eisdem ut parit,  
uel cōpescunt cōtra-  
rias causas habitū.  
& intendit author  
quod impedimenta  
partis sensitiuæ, si  
non ultra progrediā-  
tur, non corrumpūt  
scientiam, sed actum  
eius: & ideo remanet  
post mortem: si autē  
uel per diuturnam  
cessationem, uel pos-  
sitiuam imaginatio-  
nem ad hoc progre-  
diantur, quod propo-  
sitiones contrariæ aut  
syllogismus fiat: quæ-  
uis

tex. 65. to. 2.

tex. 52. to. 3.

Ca. 10. 1. me-  
dio tom. 5.

c. 2. nō mul-  
tum a prin-  
tom. 2.

Ca. 3. in fi. &  
c. 1. & 2. to-  
mo 5.

q. 50. art. 3.  
ad 3.